



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

LX. Thalli,

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IV.

56

eo legationis postulasse; tum prodigia Mosem edidisse prope eadem quæ in Exodo narrantur; his regem valde perterritum, copiam Ebreis abundificisse; caue imperata, & spoliatis Ægyptiis aufugisse Ebraeos, & observato à Mose Maris Rubri recessu, uti quidem memorant Memphite, incolumes trajecisse; juxta Heliopolitanorum vero sermonem, diviso mari à Mose, vi mirificæ illius virgæ; quo cum incauti se se intulissent Ægyptii, aquis fuisse obrutus: at in deserto per annos triginta errasse Ebraeos, cum manna cælesti alerentur: procerum fuisse Mosem, rufum, canum, capillatum, maiestate oris venerandum. Hæc Artapanus isto loco, & quibus nonnulla apud Clemensem, & in Chronico Alexandrino reperiuntur.

*Clem. Alex.
Strom. I.*

Thalli.

Histiai,

Iol. An. I. c. 5.

Lysimachi,

Joseph. I. I. &

z. contr. Apion.

Poëmatissima-

Phœcy-

nomen præscribit;

Mosaicis

quidem præceptis

manifeste perspermum,

quorum partem

lidi adscripti,

adnotavit Josephus

Scaliger in

Animadver-

bionibus Eu-

sébianis,

partem nos quoque ob-

servavimus;

sed quod Hellenista

Judaï videtur esse

fetus, aut Christiani

potius satis

recentis, ut pote

cujus veterum

Patrum nullus omni

meminerit. Locum hic ergo

fum, nominis solum ratione tueri potest,

quod vetus alter Poëta gesit,

Simonidis,

Theognidis, & Anacreontis æqualis.

Onkelosi, Jo-

nathapis,

Hierosolymi-

tani Interpre-

tis, Hagi-

ographorum

paraphrasis,

Syri Inter-

prentis, Aqui-

la, Theodo-

tioris, Sym-

machi, Hie-

richantina,

& Nicopoli-

tana interpre-

tations.

Conf. Or. ad

cet. Sanc. c. 57.

Hec, apud Jof.

Ant. I. 12, c. 2

& Euf. Pr. I. 8, 3.

LX. Mosis, circa Ogygis & Inachi tempora Judeorum ducus ac principis, mentionem extitisse in Syriaca Thalli historia testis est Justinus in Parænæsi.

LXI. De campo Sennar in Babyloniam situ disserit Histiaeus Milesius Phoenicæ

LXII. Mose & promulgatas à Mose leges calumniis & maledictis proscidit Lysimachus quidam incertæ ætatis & originis, quem conjectant nonnulli Alexandrinum esse Lysimachum, Thebaicorum auctorem. Fabulatur ille Judaeos, dum in Ægypto agerent, Bocchori regnante, lepris ac scabie languentes, morbi huc in vulgus ita diffudiisse, ut sterilitas consequeretur. Quibus malis ut occurreretur, ex Ammonis responso Bocchoris iustissime in mare argos demergi, reliquos in desertis locis expositos, Mose duce in Judæam aufugisse. Atque id commentum variis mendacibus exornat. Sed ea demum à Jofepho explofa sunt.

LXIII. Ægræ recensimus in hac serie *νερόνων* Poëma, quod Phocylidis sibi *τύπον* Phœcy nomen præscribit; Mosaicis quidem præceptis manifesto perspermum, quorum partem lidi adscripti, adnotavit Josephus Scaliger in *Animadverbionibus Eusebianis*, partem nos quoque observavimus; sed quod Hellenista Judaï videtur esse fetus, aut Christiani potius satis recentis, ut pote cuius veterum Patrum nullus omnino meminerit. Locum hic ergo suum, nominis solum ratione tueri potest, quod vetus alter Poëta gesit, Simonidis, Theognidis, & Anacreontis æqualis.

LXIV. Huc addam Chaldaicas Paraphrases Onkelosi, Jonathanis ben Uziel, Hierosolymitani Interpretis, & Josephi Cæci, cui Hagiographorum vulgo adscribitur Paraphrasis; Syriacam quoque Veteris Testamenti interpretationem; et si ambigua horum ætas est & controversa: Aquilam præterea Sinopeum, Theodotionem Ephesium, profelytum utrumque Judæum, & Symmachum Samaritanum; quorum primus imperium tenente Hadriano; alter sub Marco Aurelio, vel Commodo, vel prius etiam; & tertius demum sub Commodo, & iterum sub Severo, Libros facros Græco sermone repræsentarunt. Reperta quoque sunt Scripturae sanctæ interpretationes due; altera Hiericunthe sub Caracalla; Nicopolis altera sub Alexandro Mammitæ filio.

Ex hoc Auctorum censu manifestum est, à proximis usque Mosaicæ aë temporibus ad adultum jam in orbe Christianismum, pervulgatum fuisse Mosis nomen, & scriptæ ab eo historiæ ac conditæ Legis vestigia palam extitisse; vereque dixisse Constantium Imperatorem, Mose reliquos omnes, qui ante ipsum vixerant, sapientia adeo superaffe, ut qui deinceps inter Ethnicos clariores fuerint Sapientes & Philosophi, sapientiam ejus sibi imitandam proposuerint: e contrario autem longe à vero aberراسle Hecatæum Abderitanum, cum scripsit nullum vel Oratorem, vel Poëtam, vel Historicum Ebraicæ Legis meminisse.

CAPUT TERTIUM.

I. Universa propemodum Ethnicorum Theologia ex Mose, Mosisve actis aut scriptis manavit: II. velut illa Phœnicum. Tautus idem ac Mose.

III. Adonis idem ac Mose. IV. Thammus Ezechielis idem ac Mose.

V. πολυάρχος fuit Mose. VI. Murnas Gazensis Dens, idem ac Mose.

Universa propemodum Ethnicorum Theologia, ex Mose, Mosisve actis, aut scriptis manavit: Et si ea, quam contextuimus, testimoniorum series, sive quæ nobis Scriptores sacri, sive quæ exoticæ suppeditant, ulquequaque cohæreat, neque ullæ prorsus parte dehiscat, eaque, juxta instituti operis leges, ad demonstrandam Mosis, Mosaicorumque scriptorum antiquitatem & γνῶσην possit sufficere; alio tamen insuper utemur genere probationum, ac priscos illos gentium Deos & Heroas, quicunque per universum fere orbem culti sunt, earumdem etiam conditores plerisque ac legumlatores, totamque Ethnicorum Theologiam, ex Mose ipso, Mosisve actis, aut